



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 5. Legatorum Responsum ad Papam circa Lunensis Comitibus  
oppositionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.

A. C. 1563.

§. IV.

*Antinorus unacum mandatis a Papa  
Tridentum ablegatus.*

*Pallav. c. 5.  
n. 1. Et 2.*

Cum Pontifex exiguam transmissi mandati sui rationem a Legatisuisse habitam ægre ferret, hinc ut eadem iussa illis ore tenus significarentur, ad eos ablegabat Antinorum, qui cum Lotharingio Cardinale conferens, ut illius consilia penitus exploraret, eidem exponebat, se Tridentum venisse, ut illum Romam comitaretur, eumque suo in itinere omnibus honoribus ipsius dignitati debitis afficeret: verum obsequiosa hæc verba erant non nisi urbanitatis prætextus, quippe Antinorus huic Cardinali potius persuadere jubebatur, ne Tridento discederet, priusquam Synodus esset absoluta: insuper eidem injungebatur, ut Legatis exponeret, quam vehementer Papa Concilium tandem ad exitum deduci peroptaret, quo circa eos hortari jubebatur, ut præsentem rerum vicissitudinem in rem suam verterent, ac Lunensis Comitis oppositionibus se terreri minime paterentur.

§. V.

*Legatorum Responsum ad Papam  
circa Lunensis Comitis oppo-  
sitionem.*

Legati



Legati summo Pontifici hæc in re-  
 sponſis dabant: „ nos non minus  
 „ ſerventer, ac Sanctitas veſtra proſpe-  
 „ rum Synodi exitum deſideramus, at-  
 „ que in id omnes vires intendimus:  
 „ verum ægerrime flecti poteſt Lunen-  
 „ ſis Comes, quem tanta Episcoporum  
 „ cohors reveretur, ac ſequitur, multi-  
 „ que Oratores, ac præcipue Cæſariani  
 „ ſibi conjunctum habent: expediret e-  
 „ quidem, ut honor Cardinali Lotha-  
 „ ringio deferretur, ſed in eo peccari  
 „ poteſt non ſolum defectu, ſed & exceſ-  
 „ ſu, ac præſertim nimia honorum ſpe-  
 „ cie, quæ aliorum oculos perſtringe-  
 „ ret, & umbris obvolveret: inſuper  
 „ quamprimum agitatum memoratæ Le-  
 „ gationis negotium in aures multorum  
 „ pervenerat, mox plures, imo ipſos  
 „ etiam Gallos, qui illud tamen promo-  
 „ verant, hoc negotium moleſtia ſimul  
 „ affecit, nam iidem aut ejus legatio-  
 „ nis opinionem, aut effectum extinctu-  
 „ ri aſperiores de induſtria annotatio-  
 „ nes, & appendices appoſuerunt ad e-  
 „ commendationis capita, quæ ipſis commu-  
 „ nicabantur. Ceterum vix ſperare li-  
 „ cet, quod Lotharingius Tridenti poſt  
 „ ſeſſionem permanere velit, idque ei-  
 „ dem ægerrime perſuaderi poſſet.

Sæcul. XVI.

A.C. 1563.

Pallav. u. 3.

Viſcont. l. 8.

p. 243.